

# Dñica in Sexagesima

bulant in tenebris quia non audierunt verbum dei. vel quia non predicat eis verbum dei. sed quidam virgilius et ceteri. ideo gentes sunt in errore circa agenda et credenda. Verbi gratia. Quot homines sunt qui credunt quod mutuare ad usuram non sit peccatum mortale facientes ratione. nunquam de mea pecunia de qua ille seruit sibi et ceteri. sed fundamentum est falsum. Et quod peccatum esset si thesaurarius regis contra voluntatem regis dispensaret pecunias. Sic christus est rex et dominus omnium bonorum cui habemus reddere ratione. ipse enim precipit ne mutuem ad usuram et ne res vendatur plus ratione dilectionis solutionis. nec minus pro denariis promptis. similiter et probabit ne mutuum super possessiones et interim recipiam fructus. Item prohibet obligationes voluntatis propter mutuum quia usura est. Ecce lumen verbi dei. Itet quod sunt qui credunt quod simplex fornicatio non sit peccatum. dicendo cui faciam iniuriam et ceteri. sed cui fit iniuria qui cum filia regis et ceteri. etiam dato quod sibi placeat et tibi. iniuria fit regi nisi det tibi in uxorem. Ecce quomodo verbum euangelice predicationis ad modum luminis viam agendorum ostendit et in semitis credendorum dirigit. Ideo ipse dauid. Lucerna pedibus meis verbum tuum et lumine semitis meis ps. cxviiij. Dico septimo quod verbum dei est cibus in spirituali oratione. Et nota hic pulchram declarationem communem. videtur quod deus super omnem creaturam dilexit hominem. A principio enim deus fecit maximam multitudinem angelorum qui sunt substantie spirituales. deinde fecit maximam multitudinem creaturarum corporalium. et deinde fecit hominem in quo vivit totum scilicet creaturam spiritualem ut animam et corporalem ut corpus. angelis autem solum dedit cibum spiritualem. animabus corporalem. Domini autem dedit cibum duplum corporalem ad sustinendum corpus scilicet panem vimum carnes et fructus et ceteri. Et spiritualem ad sustinendum animam scilicet verbum dei quo anima reficitur. quia non in solo pane vivit homo. de hoc vivit corpus. sed in omni verbo quod procedit de ore dei Lbat. iij. Et ideo sicut ordinatus in die reficitur corpus cibo corporali. ita bis in die reficienda est anima scilicet de manu orando datur modus. Ecce prandium anime. Idem in sero et sicut non traditis obliuio ni prandium vel cenam corporis nec etiam debet tradere obliuioni prandium vel cenam anime dicendo pater noster in quo sunt septem petitiones quasi septem vincie panis regis. scilicet christi. quia ipse pensauit eum et fecit. Potus est Ave maria. bona societas pater noster ave maria. Ferculum est credo in deum in quo sunt duo decim articuli quasi duodecim frusta carnis. id dicitur. Inuenti sunt sermones tui et comedisti eos et factum est mihi verbum tuum in gaudium et le-

ticiam cordis mei habere. xv. Nota inuenti sunt sermones scilicet orationis. Nam cibus orationis est paratus non oportet ponere nisi in ore ad comedendum et sic anima impinguatur. Ideo datus. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea. et labiis exultationis laudabit os meum. i ps. lxij. Deo gratias.

Beadem dñica. Hymnus. ii.

**C.**ecidit cecidit. Verbum istud colligitur ex euangelio currentis dñice Lu. viij. Sermones noster erit de defunctis. sed ut materia sit deo acceptibilis et grata et nobis meritoria et proficia. ante omnia salutetur virgo maria. Multi vestrum mirantur forte unde habetur hoc thema. Dico quod colligitur ex euangelio dominice currentis in quo quadrupliciter dicitur cecidit. Et primo cum dicitur cecidit secus viam. Secundo cecidit supra petram. Tertio cecidit inter spinas. Quarto cecidit in terram bonam. Ecce tota parabola euangeli ubi quater dicitur cecidit. Unde debetis scire quod in sacra scriptura mors hominis dicitur cadere. quia qui moritur cadit scilicet de honore amicis quantumque simus dominus. Item cadit de pulchritudine in turpitudinem. quia licet viuus fuerit pulcher. mortuus efficitur turpis intantum quod est terror ipsum videre. Item cadit de magnis divitiis in magnas miseras et paupertates. quia secum solum trahit lintheum. Tertio cadit de amore in odium quia statim proicitur de domo et ponit sub terra. Quarto cadit de vita in mortem. ideo mors est cadere. sicut arbor nucis seu alta plena fructibus et omnes volunt de eius fructibus. sed quando securi scinditur et cadit despiciuntur quia cadit de magna altitudine et perdit fructus et folia. Hic est de homine divite seu honorabili qui viuus honoratur propter fructus divitiarum. quando securi mortis scinditur et cadit ad terram statim despicitur. Ideo de hoc est aut oritas que loquitur in persona morientis. Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem in quocumque loco ceciderit ibi erit Ecclesiastes. xj. Sed est hic questio quare persona pro peccato viuus hore vel diei puniatur eternaliter pena infinita si damnatur. nam bonus iudex sum culpam debet dare penam. Et concordat sacra scriptura dicen. Pro mensura peccati erit et plagarum modulus Deut. xxv. Item alia de novo testamento. Quum glorificauit se et in delitius fuit tantum de te ei tormentum et luctum Apoc. xviii. Bona est questio et multi errauerunt in ea ut Origenes. sum quod dicit Hieronymus. et ratio est quia creditur quod sicut finitur vita hominis finitur etiam peccatum. Ecce fundamentum erroris et hoc venit ex ignorantia. quia immo magis tunc est obstinata in

# Bermo

## II

illo peccato voluntas peccantis. ideo dicit. in q<sup>uod</sup> cunq<sup>uo</sup> loco ceciderit ibi erit. Nota exemplum d<sup>icitur</sup> duobus quos vultis punire de aliquo defectu et unus recognoscens culpam suam humili<sup>re</sup> petit veniam promittens emendam statum remittere tibi. Alius vero obstinatus rebellat. ideo percutietis eum gladio et cetero. Idem est de peccatoribus. Ecce quare dicitur. Si ceciderit lignus ad austrum. Quia autem mors dicatur cadere autoritas. Regum. iii. Num ignoratis quoniam princeps et maximus cecidit in israel. dixit dauid de morte abner. De isto cadere ego recepi the. dico. Cedit quater. ideo quia quattuor sunt modi seu conditiones in orientium. Nam  
Aliq moriuntur in pecto originali. i. o. d<sup>r</sup> pmo cecidit  
Aliq in pecto mortali. i. o. ii. dicitur cecidit.  
Aliqui in pecto veniali. i. o. d<sup>r</sup> tertio cecidit.  
Aliqui in gratia spuiali. i. o. d<sup>r</sup> quarto cecidit.  
Primo dico quod aliqui moriuntur in peccato originali ut pueri. ideo non possunt intrare glorias paradisi. Quia dixit christus beato iohanni. quoniam sibi ostendit gloriam paradisi. Non intrabit in ea aliquid coquinatum aut abominatione facies. Apoc. xxij. Peccatum originale est quedam macula quam recipit anima in utero mulieris. ac si rectores huius ville facerent unam imaginem ut poneretur in templo que dum ducitur ad templum cadit in luto et cetero. Et dicit hoc peccato dixit dauid in psalmi. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis conceptus me mater mea. id est. in peccato originali. et ponitur ibi plurale pro singulari. Nota peccatum originale est unus numero in uno homine sed in omnibus est unum species ut dicit sanctus Thomas. i. i. q. lxxxij. ii. et distinc. xxxij. q. i. arti. iij. Est tamen etiam in uno homine peccatum originale multiplex virtute quod virtualiter continet omnia peccata. ut dicit sanctus Thomas. i. scde. q. lxxxij. ar. ii. ad secundum. Sic igitur patet quomodo verbum dauid intelligendum est cum dicit. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. loquens de peccato originali in quo pueri concipiuntur. propter hoc nisi lauentur baptismi non possunt intrare paradysum. Ideo dicitur. Amen amen dico vobis. Nisi quis renatus fuerit ex anima spiritus sancto. non potest intrare in regnum dei. Ioh. iii. Ideo debetis esse diligentes ut pueri baptizentur ne cadant extra gloriam hoc est in limbo puerorum. Nota peccatum originale duabus modis dimittit in baptismi. ut notat magistrorum li. i. di. xxij. scilicet extenuatione sui et solutione reatus. Quia per gram baptismi virtutem cupiscentie debilitas atque extremitas ita ut iam non regnet. nisi sensu reddat ei vires quod et rear ipsi soluit. Nota omnes tenentur ad baptismum et sine eo non potest esse salus hominibus. ut dicit sanctus Thomas. i. parte. q. lxvij. arti. i. et iij. distinc. vij. Item pueri baptiza-

torum debent baptizari. Et etiam si modo aliqui sanctificarentur in utero necesse esset eos baptizari ut per susceptionem characteris alijs membris christi conformarentur. Nec sanctus Thomas. i. parte. q. lxvij. articulo. i. in solutionib<sup>us</sup> secundi et tertii argumentorum. Item ibi supra articulo secundo dicit et probat quod nullus potest salvare sine baptismino in actu vel proposito. Dicatur quomodo sunt quattuor domus in corde terre. Prima est inferior. et ista est infernus damnatorum. Secunda est locus purgandorum. Tertia est limbus puerorum. Quarta est synus patrum scotorum. In limbo sunt caduti pueri qui moriuntur cum peccato originali solum. siue sunt filii christianorum siue infidelium et non habent ibi nisi solum penam domini. De hoc sanctus Thomas i. scrip. distinc. xxxij. q. i. arti. ii. distinc. xlij. q. i. arti. i. iiiij. distinc. xvij. q. i. arti. ii. q. i. tertia parte. q. i. arti. iiiij. ad secundum. Et dicit sanctus Thomas in. i. sententiarum quod disputant inter se et stat lete. Anime separate cum solo peccato originali cognoscunt omnia naturaliter cognoscibilia a ratione. et multa alia dicit sanctus Thomas. i. distinc. xxxij. q. i. arti. iij. iiiij. distinc. l. q. i. arti. i. ad septimum. Item in de malo. q. v. articulo. iij. Habent enim claritatem intellectus sed non glorie nec displicer eis nec tristantur. sicut nectu habes tristiciam quia non es rex aragonum. quia non debetur tibi vel quia non habes alas ad volandum. Idem est de illis pueris. Ideo dicitur Audite verbum istud. quod ego levo super vos planctum. Cedit et non adjuvet ut resurgat virgo israel projecta est in terram non est qui suscitet eam. Amos. v. Nota planctum quia mortua est creatura sine baptismino. Nota ergo quomodo est magnum peccatum quando mulieres cuiusvis sint status occidunt proles ne peccatum sciatur et contra apothecarios qui dant medicinas ut moriantur. Ideo dicit. virgo israel. Illam animam vocat virginem. eo quia nunquam consensit in aliquo peccato. et projecta est in terram. scilicet in limbo. Ecce primum cecidit. Dico secundo quod aliqui moriuntur in peccato mortali qui dure perniuntur ut religiosus qui non tenet suam regulam nec vota que iuravit vel presbyter qui non vivit caste vel laicus qui non est obediens deo nec preceptis eius vel qui non seruat castitatem nam tales moriuntur in peccato mortali et cadunt ad infernum damnatorum ad centum milia dabolos. Ideo de talibus dicitur. An ignoras quod nimiam benignitas dei ad penitentiam te adducit finis duriciam autem tuam et cor impenitens thesaurizas ubi iram in die ire et reuelatione iusti iudicij dei quod reddet vnicuique finis opera ei ad Ro. ii. Non omnibus pectorum. an ignoras te esse in pecto. et benignitas dei ad penitentiam te adducit. qui tam ad penitentiam noluit adducere angelos peccates

Nota quod phrasis ad m<sup>er</sup>itum debet esse

## Dñica in Sexagesima

sed imediate ptra eos facta fuit executio et hoib⁹  
dat spaciam penitentie. sed quando nolunt con/  
uerti quando moriunt cadunt in inferno. Auto/  
ritas cum secretis. Qui ceciderit super lapidem  
istum confringetur super quem dico ceciderit co/  
teret euz. *Mat. xxi.* Dico tertio qd aliqui moriū  
tur in peccato veniali solum. ideo dicitur tertio  
cecidit licet fecerunt multa peccata mortalia ta/  
men fecerunt penitentiā sed non condignaz. isti  
tales quando moriunt non statim vadunt ad pa/  
radysum nec ad infernum ex quo confessi fuerunt  
sed vadunt ad purgatorū qd est domus plena  
ignis qui virtute diuina cruciat animas magis  
q̄ si anima esset in furno ardenti. Nota dicit san/  
ctus *Tho. in. iij. dis. xxj. q. j. arti. j. q. iij. et iij. p/*  
*te. q. xlvi. arti. vij. ad tertium qd mīma pena pur/  
gatorū est maior qd maxima hic. et pena purgato/  
rū semper taxatur sūm q̄titatem peccati ut dicit*  
*saintus Tho. in. iij. dis. xx. quia tantum est ad*  
*solvendum peccatum. Et pena purgatorū pur/  
gat illa reatu pene in solvendo penam ut dicitur. san/  
ctus Tho. iij. dis. xxj. q. j. arti. iij. q. q. Et ideo*  
*dicitur. Si quis superedificat super fundamen/  
tum hoc aurum argentum lapides preciosos li/  
gna fenum stipulaz detrimentū patietur. ipse ta/  
men saluus erit sed tamen quasi per ignem. j. ad*  
*Cor. iij. Nota si quis superedificat super funda/  
mentum hoc scilicet fidei. quia ad purgatorium*  
*non vadunt nisi christiani qui stant supra funda/  
mentum fidei sed edificauerūt ligna fenum et sti/  
pulam. id est. peccatum veniale. ideo patiuntur in*  
*illo igne. Pro quo notandum sum sanctum Tho.*  
*iij. scrip. dis. xxj. q. j. arti. ij. q. j. qd triplex differē/  
tia ponitur peccatorum venialium. Quia que/  
dam sunt grauiissima in genere venialium et diffi/  
cile purgabilitia. et hec per lignum signāt. que/  
dam mīma que per stipulam. quedam media qd  
per fenum significant. Ratio dictorum. quia ve/  
nialia charitati adiuncta possunt per aliquaz pe/  
nam consumi. ideo paucenter sum metaphoram*  
*significant illis que per ignem consumuntur. Et*  
*quia qd aliquod peccatum est grauius tanto*  
*difficilius purgatur. et in peccatis venialib⁹ in/  
uenitur alterum altero grauius. ideo paucenā*  
*eorum diuersitas significatur per diuersitatē eo/  
rum que facilius et tardius consumuntur ab igne.*  
*Et quia perfectio cuiuslibet qdūtūl ternario cō/  
prehenditur propter principium medium et fine*  
*ideo triplex differētia peccator⁹ venialū ut pa/  
tuit ponitur. His dictis consonat beatus Aug.*  
*cuius verba magister ponit i. iij. dis. xxj. Dicitur*  
*tamen doctores. qd mīma pena purgatorū ē ma/  
ior omni pena huius mundi. qd et sanctus Tho*  
*mas concorditer tenet ut patuit. Nota practicā*  
*quomodo anima cadit in purgatorio de manib⁹*  
*boni angeli. Et dicit anima in purgatorio existēs*  
*malicie diaboli. ne lateris inimica mea super me*

quia cecidi sup. in purgatorio. quia consurgam  
suple completa penitētia. *Mat. viii.* Ecce tertī  
um cecidit. Dico quarto qd aliqui moriunt i gra/  
tia spirituali pure. sicut sunt homines vel mulie/  
res qui tenent vitam apostolicam seu spiritualē  
qui licet fecerint peccata mortalia tamen fecerūt  
condignam penitentiam confitentur sepe et com/  
municant et plorant sua peccata et faciunt magis  
penitentias et lucrantur magnas indulgētias et  
intim qd si ponerentur i statera diuine iusticie om/  
nia bona que fecerunt et bona opera in una par/  
te mala in alia. plus ponderarent bona qd mala  
tales quando moriunt via recta vadunt ad pa/  
radysum et ascendunt ad gloriam celestem. Et dicitur  
dicit apostolus. Scimus autem quoniam si  
terrestris domus nostra huius habitationis dis/  
soluatur qd edificationē ex deo habemus nō ma/  
nufactam sed eternam in celis. *ij. ad Cor. v.* De  
qualibet tali anima beata dicitur i euangēlio ce/  
cidit in terram bonam *Luce. viii.* de qua dāuid.  
Credo videre bona dñi in terra viuentium. La/  
uete ne cadatis de paradyso. *Dicit dāuid. Im/  
pulsus eversus sum ut caderem et dñs suscepit*  
*me. Fortitudo mea et laus mea dñs et factus est*  
*mibi in salutem. in ps. cxvij. Nota impulsus sci/  
licet in morte per diaboli temptationes. sed dñs*  
*suscipit me. Qui mittit angelos suos et. Laus*  
*mea scilicet in aere contra demones quando dicitur*  
*deo gratias qui liberauit me de tali peccato*  
*de quo ille proditor me temptauit et donec do/  
minus factus est mibi in salutem. quādo dat mihi*  
*gloriam celestem.*

*De eadem dñica. Sermo. iij.*

**D**atus est mibi isti  
mulus carnis mee. *ij. Cor. xij.* Pro  
huius verbi declaracione est sciendū  
qd inter multa et magna mala et miseras huius mū  
di sunt duo scilicet p̄mptuositas ad malum. et  
difficultas ad bonum. Ad malum autem inclina/  
mur naturaliter. et ideo dicitur. *Vensus enim et*  
*cogitatio humani cordis in malum prona sunt*  
*ab adolescētia sua. Gen. viii.* Sed difficultas est  
qui vult vivere sancte et ordinate. scilicet iuxta  
dei voluntatem impeditur et retrahitur ab intra  
scilicet a carne. sicut enim equus qui de se est levius  
impeditur tamen a curru quem trahit. Ita etiā  
anima que de se est levius ad currendum ad para/  
dysum retrahitur onere carnis qd trahit et con/  
tradicet. Ideo apostolus. *Caro concupiscit ad/  
uersus spiritum. spiritus aduersus carnem ad*  
*Gal. v.* Multo vellē vivē in būilitate et castitate  
et sic de alijs. s̄ impediūt a carne. d̄ b̄ p̄lägen  
do se apls dicit. p̄delector enim legi dei sum interio/  
rem hoīez. Video aut̄ alia legē in mēbr̄ meis re